



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Thesaurus Eloquentiae Sacrae Et Profanae, Saluti &
incolumitati Rerumpublicarum utilissimae**

Alberti, Alberto

Coloniae Agrippinae, 1669

Præmunitio sexta, explicans, quænam sit Ciceroniana Eloquentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69225](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69225)

Grædhiberi non indignè ferrent ! quas , & quot harum decurias , quot manipulos , numerando percenterem ! Sed nolo quenquam designare , Judices , neminem appello , maloque totam hanc meam accusationem ad vitium ipsum dumtaxat , temporum iniquitate serpens , quàm ullas ad personas , vel scriptores pertinere .

Præmunio sexta, explicans, quam sit Ciceroniana Eloquentia.

A 46. **V**erùm quia hanc acuminum ornamentorumque redundantiam , non solum quò ab omnibus rejiciatur , profligaturus sum , sed etiam ex adverso Tullianæ eloquentiæ decus , quò ad imitandum cunctis proponatur , in folio collocaturus : ne quid dubitationis in verbo vestram intelligentiam moretur , Auditores , in antecessum moneo , me Ciceronianæ eloquentiæ nomine non solum illam , quâ aliquando M. Tullius in iis Orationibus , quarum adhuc monumenta retinemus , usus est , intelligere , sed illam etiam , quam pro materiæ varietate , atque opportunitate adhibuit , & verò multo magis , si nostrarum argumenta Concionum tractavisset , sine dubio fuisset adhibiturus . Nam etsi Tulliana dictio atque oratio alicubi fortasse aridior , aut jejunior videatur , tota hæc qualis qualis siccitas ipsi potiùs materiæ , quam versabat , quàm ejusdem eloquentiæ , quâ illam exornabat , adscribenda est . Nempe

ser-

serviebat ille foro præcipuè, ac populo, ejus-
 demq; generis multas causas identidè agere,
 ac repetere cogebatur; nec nõ de rebus omni-
 no exiguis emptus Orator frequenter dicere
 necesse habebat; ut propterea argumenti, &
 materiæ iniquitate sæpè numero pressus, vim
 illà suam eloquentiæ incredibile efferre nullo
 modo potuerit. At quando materiã natius est
 gravè, egregiam, ac nobile, tũ vero beatissimæ
 suæ in dicendo copiæ divitias nontantum
 fudit, sed etiam profudit. Quod si ævo no-
 stro, nostrã initiatus religione, viveret Tul-
 lius, sacrarumque argumenta Concionum
 præstantissima stylo suo exornaret; nihil
 profectò eloquentius, nihil sollertius, aut
 vehementius audiri posset. Perinde igitur ac
 peritus navis gubernator, quando eam im-
 pegit vadis, artis specimen edere nullum po-
 test; at mediis in fluctibus, in turbido, & pro-
 celloso mari peritiam suam ostendit, ac pro-
 bat; sic Ciceroniana eloquentia, quum in me-
 diis Concionum fluctibus, atq; turbinibus ma-
 ximè exultet, ac regnet, si quando causarum
 salebris impeditior, atq; tenuior evadit, in ma-
 teriæ ipsius, ut ita dicam, vada syrtesque tota
 hæc culpa inclinanda est. Tullianam igitur e-
 loquentiã hinc illam definimus, quam quicum-
 que Orator, vel Concionator, ad Tullianas
 leges, hoc est, ad elegantissimum Ciceronis
 stylum, ad vim illam roburq; verborum, ac re-
 rum, ad eam ingeniosissimi artificii texturam,
 ad illam amplificandi normam eximiam ex-
 poliens, quacunq; in linguã aptissime imita-
 tur.